

Johann Joachim Weidner


In Jobelæo Lutheranorum Maximo, Natalem Auspicatissimum, Qvinqvagesimum Primum Serenissimi Principis Ac Domini, Dn. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Megapolitani ... Veluti vere Augustum, solennissime celebratura Academia Rostochiensis, Anno MDCCXXX. Die XXVI. Novembris, Oratorem sibi denuo selegit Virum Consultissimum ... Dn. Christianum Ludovicum Taddelium ... Omnium officiosissime ac humanissime precatur Jo. Joachim Weidnerus ...

Rostochii: Typis Io. Iacob. Adleri, [1730]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1747241660>

Druck Freier  Zugang







Bibl.
Schol. Cathedr.
Jur. Tron.

1836.

Mk-7775^a
~~Mk-7774~~





Fasciculus
Actorum Jubilæi,
ab
Exhibita in Comitibus Imperij
Augustana Confessione,
in
Academia Rostochiensi
celebrati,
Secundi.
a^o 1730.



Iacobus
 Academiam
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...



Han
 geha
 W
 derse
 zuff
 then
 mir
 für h
 lich se
 Bische
 dräng
 nicht
 und ve
 Geistli
 yvor
 Zweiff
 Unse

IN JOBELÆO LUTHERANORUM MAXIMO,
NATALEM AUSPICATISSIMUM,
QUINQVAGESIMUM PRIMUM

SERENISSIMI PRINCIPIS

AC DOMINI,

DN. CAROLI
LEOPOLDI,

DUCIS REGNANTIS MEGAPOLITANI,
PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HENETÆ,
SVERINI ac RACEBURGI, COMITIS ITEM SVE-
RINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII ac STAR-
GARDIÆ DYNASTÆ,

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS PATRONI AC
CANCELLARII MAGNIFICENTISSIMI,

PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,

Veluti vere Augustum, sollemnissime celebratura

ACADEMIA ROSTOCHIENSIS,

Anno MDCCXXX. Die XXVI. Novembris,

Oratorem sibi denuo selegit

VIRUM CONSULTISSIMUM, PRÆ-NOBILISSIMUM ac AMPLISSIMUM,

DN. CHRISTIANUM LUDOVICUM
TADDELIUM,

JURIS UTRIVSQUE DOCTOREM FAMIGERATISSIMUM,

Quem ut

DE CELSISSIMA ET EX REGIBUS ORTA PRINCIPUM

MEGAPOLITANORUM PROSAPIA,

Publice in AUDITORIO MAXIMO, hora X. Matutina, inter concentus Muficos,

peroraturum,

EMINENTISSIMI OMNIUM ORDINUM PROCE-

RES, PRÆ-NOBILISSIMI OMNIUM FACULTATUM DOCTORES,

RELIGIOSISSIMI VERBI DIVINI MINISTRI, FULGIDISSIMI ARTIUM LIBE-

RALIVM MAGISTRI, FLORIDISSIMUS DN. STUDIOSORUM CHORUS & ADAMA-

TISSIMI LITERATORUM FAUTORES,

vacivis auribus & in pia vota conspirantibus animis,

gratiose excipiant,

omnium officiosissime ac humanissime precatur

JO. JOACHIM WEIDNERUS,

Ph. & S. Theologiæ D. & Prof. P. O., Facultatis Theol. Senior & nunc Decanus,

Rev. Ministerii Director & ad Divum Mariæ Pastor,

HODIE ACADEMIÆ RECTOR.

ROSTOCHII, Typis IO. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typographi.

148.



Upplices ad Thronum Omnipotentis, quos non devolveret poplites, Augusta Dies, qua feriamur reduces *Anni Quinquagesimi primi NATALES Serenissimi Principis ac Domini, DN. CAROLI LEOPOLDI, Ducis Regnantis Megapolitani, Principis Vetustæ Gentis Henetæ, Sverini ac Raceburgi, Comitis item Sverinensis, Terrarum Rostochii ac Stargardiæ Dynastæ, Universitatis Rostochiensis Patroni ac Cancellarii Magnificentissimi, Domini Nostri longe Clementissimi?* Majestatem Imperantium omnium revereri jussus est subditorum unusquisque & in hoc non adulterato obsequio, triumphant vel Ipsi Gentiles; Quid proinde non fieret inter Christianos, quos in consortia jungit ac copulat omnium amoenissima, sanctior illa Religio, quæ Magistratui subditum vult quemcunque? Quot & sunt vitæ civilis adamantina fulcra & emolumentorum infallibiles propagationes, si non affatim unitas sincerissimæ pietatis ac sequelæ devincitur Regimini, & in apricum ascendit evehiturque Imperantium ac parentium unanimis & sacratior indoles? Quicumque ergo Solis & serenæ tempestatis prosperam jucunditatem venerantur; Quare non & ii festivis plausibus, securitatem illam magnificerent, qua licet ipsis privatorum usum ardue meminisse, dum *quivis habitat ad fiduciam, sub vite sua & sub ficu sua, ac quietam & tranquillam vitam degit in omni pietate & honestate?* Æreum foret pectus ac ter vesanum, quod tam anguicommo ingenio se ostentaret, ut ceu Regiminum osor, novercali furore in propria sæviret ilia atque viscera!

Nos

Nos DEUS ALMUS ad justiora vocavit officia & obsequiosissimi sunt mores nostri, quibus fatorum Vias amplexamur inviolabiles! Gratulamur siquidem *Nobis, totique Megapoli Nostræ*, de Regimine Illustrissimo MAGNI PATRIÆ NOSTRÆ PATRIS; Gratulamur nobis de edecumata Sorte, qua SALOMONEM NOSTRUM, *Serenissimum Ducem Regnantem Meclenburgicum*, Dominum **CAROLUM LEOPOLDUM**, *Principem ac Dominum nostrum longe Clementissimum* coram nunc venerari & Solis nostri mysteriosi ambitu, delectabiliter frui, desuper nobis datum; nec amplius querulamur:

Longa mora est nobis omnis quæ gaudia differt!
Sed lætanter lætabundi, inter ovationes & triumphos, toto pectore plaudimus:

LÆTA DIETA NOBIS, OMNIS QUÆ GAUDIA LAXAT!

*Ist treffen die erwünschte Zeiten,
Die überall vollkommne Freud bereiten!*

SALVE! SALVE! SALVE! ea propter, Dies oblectationum nostrarum abundantissimus & amoenitatum Megapolensium penu cumulativè incomparabile! *Quinquagesimus primus* augustissimæ ætatis, venit *Serenissimo Nostro PRINCIPIS Regnanti, DUCI Venedo* & rel. rel. rel. ac *Vigesimus Sextus* Mensis Novembris est armilla illa pollucibilis, alarum, pectorum & præcordiorum nostrorum, panditur coelicus pectus, ex sententia res geritur nostra & si non damnatur, mactatur tamen votis ac ardentissimis desideriiis nostris! Quas & *Absentis HERI ac DOMINI Nostræ longe Clementissimi*, sumus reveriti adductius, Lucinas augustioresque horas, eas ipsas vel nunc feriabimur, dummodo in viribus nostris id foret! omnium magnificentissime; Quisquis enim manibus prehendit felicitatem omnigenam, quam præsens Clementia plus quam propitiis gratiis spondet & promittit, in quas recepti adfertique, JUBILÆUM absolvemus omnium faustissimum, quod *Religionis Lutheranæ causa*, & Jussu *Serenissimi nostri DUCIS ac DOMINI NOSTRI REGNANTIS* hactenus festis distinximus diebus. Nam

*Felices sicuti faciunt semperque beatos,
De vero & Summo gaudia nata bono;
Quis semel impletus nunquam vacuabitur illis,
Dum æterna æterni flumina fontis erunt;
Sic & Megapolin melior fortuna secuta,
Edita perpetuæ semina sortis habet.* Die

Wie lauter Glück auf Die allzeit ist ausgebreitet,
Die von dem Höchsten Guth Ihr Froh-Sein her-
geleitet,

Dieweil, wer so erfüllt, dem Raube abgebeug't,
Indem, was ewig ist, so Fluß als Quell gezeug't,
So trifft auf Mecklenburg, Gott Lob! ein holdes
Glücke,

Sein CAROL LEOPOLD zeug't ein erwünscht
Geschicke!


O si possemus ergo affatim ac largissime omnium, præstare
debita, quibus ad animam ipsam, plus quam obaerati sumus! O si
desuper coelestia corda Angelicaque mutuare valeremus labra, ut
ex merito, DEUM, digneque satis celebraremus, Qui DIEM
hunc Illustrissimum NATALEM, lætissimum nobis reddidit!
Sed palma lympham ferens, olim non spreta Victoriosissimo
Monarchæ, nostram & spem decollare non faciet, Hinc lætabi-
mur pro modulo nostro, & cum *Israëlis ac Jehudæ Regnis*
exultando exclamamus: VIVAT MAGNUS NOSTER


CAROLUS LEOPOLDUS!


Quum vero *Anno Superiori*, satietate insigni adimple-
verit vota nostra *Vir Præ-Nobilissimus ac Consultissimus*,
DN. CHRISTIANUS LUDOVICUS TADDEL,
J. U. D. fulgidissimus & famigeratissimus, hinc mirum
non fuit, quin in vicibus his denuo ornandis, Oratoris hujus
Facundissimi suadam adsciverint Patres Conscripti; Quem ut
Omnium Ordinum Proceres, Omnium Faculta-
tum Doctores, Verbi Divini Ministri, Liberalium
Artium Magistri, Generosa Dnn. Studiosorum
Corona & Literarum promiscui Fautores Ami-
cique Nostri, faventer audiant, humanissima
exagito rogatione.

Publicatum Die XXIV. Novembris.









Wie lauter Glück auf Die allzeit ist ausgebreitet,
Die von dem Höchsten Guth Ihr Froh-Sein her
geleitet,

Diweil, wer so erfüllt, dem Staube abgebeug't,
Indem, was ewig ist, so Fluß als Quell gezeug't,
So trifft auf Meclenburg, Gott Lob! ein holdes
Glücke,

Sein CAROL LEOPOLD zeug't ein erwünscht
Geschicke!

O si possemus ergo affatim ac largissime omnium, præstare debita, quibus ad animam ipsam, plus quam obaerati sumus! O si desuper coelestia corda Angelicaque mutuare valeremus labra, ut ex merito, DEUM, digneque satis celebraremus, Qui DIEM *hunc Illustrissimum* NATALEM, *lætissimum nobis reddidit!* Sed palma lympham ferens, olim non sprete Victoriosissimo Monarchæ, nostram & spem decollare non faciet, Hinc lætabimur pro modulo nostro, & cum *Israelis* ac *Jehudæ Regnis* exultando exclamamus: VIVAT MAGNUS NOSTER
CAROLUS LEOPOLDUS!

Quum vero *Anno Superiori*, satietate insigni adimpleverit vota nostra *Vir Præ-Nobilissimus ac Consultissimus*, DN. CHRISTIANUS LUDOVICUS TADDEL, *J. U. D. fulgidissimus & famigeratissimus*, hinc mirum non fuit, quin in vicibus his denuo ornandis, Oratoris hujus Facundissimi suadam adsciverint Patres Conscripti; Quem ut Omnium Ordinum Proceres, Omnium Facultatum Doctores, Verbi Divini Ministri, Liberalium Artium Magistri, Generosa Dnn. Studiosorum Corona & Literarum promiscui Fautores Amicique Nostri, faventer audiant, humanissima exagito rogatione.

Publicatum Die XXIV. Novembris.

